

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Insectorvm


Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVIII.

VD18 90529197

Illustration: Tab. XVIII. Scorpiones Terrestres Mouf [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11095



Non
Aldr.
Incl.
Mouf
ari Ir
l. 2. c.

Deferi

Arist.
l. 4. c.

Plin.
l. 11.
Onican
Theri
Plin.
l. 11.
Aelia
l. 9. c
Galer
loc. 2
c. 5.

nant. A summo rostro antennae si-
ve cornua emergunt flava, hirsuta,
flexibilia, tamen tactu nonnihil du-
ra. Morsum ore infert aegre cu-
rabilem; non ita tamen lethalem,
ut Phalangium videatur; nec ita le-
nem quin Crabronis superet *κακοή-
θειαν*.

Asellus arvensis ob similitudinem,
quam cum asello habet, dicitur. Re-
peritur inter arvum, segetes, pedum

duntaxat numero (quippe sex tan-
tum parvos et nigricantes habet) a
reliquis discrepans; Collum illi bre-
vissimum, corpus latiusculum, com-
pressum; cauda aliquantum mucro-
nata. Julio mense agro Colce-
striensi cum Pennius vidit, alias
nunquam reperit. Quem in
Medicina usum obtinuit,
nobis adhuc inexploratum est.

CAPVT II.

De Insectis apteris octo pedum.

ARTICVLVS I.

De Scorpione.

Nomen.
Aldr. Hist.
Insl. 5. c. 11.
Mout. The-
atri Insect.
l. 2. c. 10.

Insecta aptera octo pedum sunt
Scorpio et Araneus. *Scorpius*
nomen apud Graecos *παρά το σκορπί-
ζειν τὸν ἰόν*, quod venenum jaculetur;
vel ut alii *παρά το σκαλῶς ἔρπειν*, quod
flexuose serpat, nomen invenit. Pli-
nio *Scorpio* etiam, Ciceroni et aliis
Hepa, Pandeetario *Satocollos* dicitur.

Descriptio.

Animalculum est colore subatro
et veluti fuligineo, corpore ovifor-
mi, Capite, quod in pectoris sum-
mitate gerit, latente, Oculis tam exi-
guis ut pene nulli conspiciantur.
Pedes habet octo: chelis et forcipi-
bus solidis furcata bina *brachia*, cae-
teris grandiora, fluvialibus astacis
et cancris haud absimilia. Aristot-
eles quinque bifidulis dentata forcipi-
bus habere scribit. Ex corporis
imo, cauda producit, globulis
multis septem plerumque, aliquan-
do sex, et novem, quorum ulti-
mus, caeteris longior, solus praefi-
xo simplici vel duplicato aculeo, et
nonnihil reflexo ad ipsius extremi-
tatem, armatur. Dentem Plinius
dixit. De lingua nescio quid apud
Gordonium habebis. Lambere ea
cutem dicuntur. An tenui fistula
quod Plinio, Aeliano, et Nicandro,
visum, pertusus sit aculeus, qua
venenum ejaculetur, autores viderint.
Galenus certe negat. Ad-
mitti forte potest, cum et in vipe-
rae sectione, sub dentibus vesicula

lateat, e qua venenum, cum mor-
det, effundere solet.

Loca frigidiora nullos alunt: in-
noxii qui in Germania et Helvetia
habentur. In Italia, Romae impri-
mis, America, Persia, inter Susas
inprimis et Mediam, Canariis insu-
lis, Numidia, Scythia, Pescara, Bar-
baria, Aethiopia, India Orientali
prope flumen Estamenum, tanta
multitudo, ut incolae solum verte-
re necesse habuerint. Plura in dif-
ferentiis occurrunt. Sub lapidibus
et in parietibus plerumque latitare
solent.

Terra vivunt, et aliquibus in lo-
cis, herbas, lacertas, aspidas, ver-
ticillos, et blattas comedunt. Non
coire, sed nimio Solis calore pro-
creari, apud Aelianum habemus.
Per putrefactionem ex paguris,
Crocodili cadavere, si symbrio,
ocymo, et si Alberto fides, lignis
putridis, nasci, dubitari non debet:
per coitum, et quidem vere et au-
tumno, saepius undenos, Mouferus
author est. *Vermiculos*, inquit,
quod vidimus albos, vivos, ovorum
specie pariunt et incubant: mox ut
prolem perfecerunt, pelluntur ab ipsa,
interimunturque magno quidem nu-
mero. Antigonus foetum ab ipsis
devorari arbitratur, unum modo
solertissimum relinqui, qui ipse ma-
tris clunibus imponendo, tutus et a
cauda

Locus.
Strab. Ge-
ogr. l. 16. 17.
Plin. H. N.
l. 5. 7. et l. 8.
16. 29.

Aelia. H. A.
l. 10. c. 23.
29. l. 15.
c. 26. l. 27.
c. 40.

Vicus et
Generatio
Ael. H. A.
l. 6. c. 22.
Plin. H. N.
l. 11. c. 25.
et l. 20. c. 12.
Antig. Hist.
Mira. c. 24.
Holl. Prax.
l. 1. c. 1.
Plin. H. N.
l. 10. c. 72.
Plin. H. N.
l. 20. c. 12.

Arist. H. A.
l. 4. c. 7.

Plin. H. N.
l. 11. c. 37.
Nicand. in
Theriac.
Plin. H. N.
l. 11. c. 37.
Aelia. H. A.
l. 9. c. 4.
Galen. de
loc. aff. l. 6.
c. 5.